et pacem ad ejus voluntatem et Pisanorum fecit. Et eo per Provinciam revertente magnas injurias Januensibus intulit, naves eorum capiendo et in profundum maris demergendo. Et sic Pisani cum laude XVII kalendas Septembris reversus est. Eodem anno Christianus Cancellarius imperatoris Frederici, qui multa mala Tuscis intulit, a kalendis april. usque ad medium mensem Octobris Anconam civitatem artissime obsedit, sed imperatoris Constantini magnus exercitus eum ab obsedione expulit. Eodem anno scilicet MCLXXIIII, indictione VI, quinto Idus Augusti campanile sanctae Mariae Rotundum fundatum est, et sequenti anno factus est gradus unus in circuitu.

A.D. MCLXXV, indictione VII, in consulatu Cerini judicis, et Amici vicarii et sociorum, facta est pax et securitas cum comite Maccario et filiis ejus, et cum illis de Sancto Miniate. Et Pisani et Florentini homines Sancti Miniatis, qui erant dispersi, in castrum Sancti Miniatis honorifice restituerunt. Unde Lucani magnam

vol. et Tir. B.
a) pisanis V.
b) pisani V. B. c) redierunt B.
d) sequentia — pura est et (V. 13) e g.
Crist. B.
e) kalender aprelis V
Kal. Apr. B.
Octobr. B
f) ancoriaz V. arct. B.
g) vol. — VI e B.
h) ind. VII e B.
i) amichi vic.
(V B) Vic. B.
j) miniato V.
k) miniati V. B. fur.
l) miniati V. (mp B)